

1329 setembre 3. València

Alfons III als oficials reials. Els mana que observin i facin observar el privilegi de franquesa atorgat el 25 de maig de 1315 pel seu pare, el rei Jaume II, als ciutadans de Girona.

- A. Original: AHCG, Lletres Reials. 155 × 230 mm. Bon estat de conservació. **1: Registrata. Segell comú:** 90 mm aprox. **Lletra oberta. 2:** a) *Manament a totz oficials o leuders que servin la franquea als ciutadans de Gerona e aquest manament és de part del senyor rey N'Amfós* (escriptura coetània). b) *És continuada en lo libre verd en cartes CC L V.* c) *III.*
- B. Còpia del segle XIV: AHCG, *Llibre Verd*, f. 284v-285r.
- a. C. GUILLERÉ, *Llibre Verd...*, doc. 82, ex B.

Alfonsus, Dei gratia rex Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice ac comes Barchinone, ffidelibus suis suppraiunctariis, vicariis, iusticiis, baiulis generalibus et specialibus, çalmedinis, merinis, lezdariis, pedagogariis et aliis quibuscumque officialibus nostris vel eorum loca-tenentibus, presentibus et qui pro tempore fuerint, salutem et dilec-tionem.

Cum cives et habitatores civitatis Gerunde et suburbiorum eius-dem, cum privilegio^a serenissimi domini genitoris nostri, dato Barchi-none, VIII^o kalendas iunii, anno Domini millesimo CCC^o quintodecimo, quod per nos, antequam ad apicem regie dignitatis fuissemus assump-ti, extitit confirmatum, sint franchi, liberi et immunes per totam terram et dominacionem nostram, videlicet per regna Aragonum et Valencie, ac per totam Cathalonie seu comitatum Barchinone, a questiis, toltis, forciis et ab omnibus peccuniariis serviciis mutuis, prestetis et adempriviis forciatis necnon ab omni lezda, pedagio, mensuratico, usatico, penso, portatico et ab omni exaccione regali et vicinali et ab omni subsidio, quod pro premissis vel aliquo premissorum vel occa-sione eorum possit exigí ab eisdem, prout in privilegio ipso plenius continetur, idcirco, vobis et vestrum cuilibet dicimus et mandamus quatenus iamdictam franquitatem et immunitatem servetis inviolabiliter et servari faciatis predictis civibus et habitatoribus civitatis Gerun-de et suburbiorum ipsius in regnis et comitatu predictis, et ab eis vel aliquo ipsorum contra libertatem premissam et usum ipsius nichil atemptetis exigere vel eos quomodolibet agravare.

Data Valencie, tercio nonas septembris, anno Domini M^o CCC^o XX^o nono. Examinavit Rodericus.*

- a. Vegeu nota a. de la lletra real núm. 10. Vegeu també les lletres números 20, 37 i 84.